



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 3. Actum de exequendo Calvinistas trucidandi consilio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI. stremæ suæ voluntatis jussa exequeren-  
A.C. 1572. tur.

§. III.

*Actum de exequendo Calvinistas tru-  
cidandi consilio.*

Eo tempore Colinius suo exitio eo pro-  
ximus accedebat, quo minus quic-  
quam adversi suspicabatur, utpote haud  
obscuris amicitiae, & benevolentiae sig-  
nis honoratus: hinc incassum etiam il-  
lum ejus amici hortabantur, ne spe-  
ciosis hisce blanditiis nimium fideret:  
ipse tamen inter ipsius periculi sibi  
imminentis insidias malum omnino  
proximum esse nequidem levi suspi-  
cione assequebatur, unice intentus, ut  
Franciæ Regem ad bellum Hispanis pa-  
lam denuntiandum sollicitaret, oppido  
incurius, quatenus propriæ suæ securi-  
tati prospiceret: quinimo nequidem in-  
firmæ rationes, quas Rex validis ejus  
cauissis hoc bellum suadentibus opposue-  
rat, illius tranquillitatem imminue-  
bant: porro absolutis nuptiarum sole-  
niis, quæ inter Navarræ Regem, &  
Margaritam Franciæ Regis Filiam Pa-  
risiis die decima tertia Augusti hoc an-  
no in Ecclesia ad Beatam Virginem ce-  
lebrabantur, Carolus IX. Calvinistarum  
excidium maturare festinabat, ac pro-  
pterea satellitum agmina ad urbem con-  
voca-

vocabat, quæsito obtentu, quod Gui- Sæcul. XVI.  
A.C. 1572.  
fios, ne seditionem molirentur, conti-  
nere pararet; ast his copiis vix Pari-  
fios delatis mox primæ eo tendebant  
curæ, ut de opportunis infestum, ac  
diu agitatum consilium exequendi me-  
diis ageretur, ac Protestantium fæx ex  
universo Regno penitus exterminare-  
tur.

## §. IV.

*Deliberatum hac de in re in Senatu.*

Variæ erant opinantium' sententiæ in  
secretiori Senatu, qui præsente ipso  
Rege inter Reginam Matrem, Andega-  
vensem Ducem, aliosque exploratæ  
fidei Viros hac de re habebatur: quip-  
pe nonnulli ita perorabant: „præprimis  
„e medio tollendus est Colinius; hoc  
„enim unicum erit medium, cujus ope  
„cuncti Protestantes eliminari poterunt,  
„nam dum hi ipsius necem a Guisiis  
„fuisse paratam credent, abs dubio  
„mox ad arma convolabunt, eo facilius  
„opprimendi, quo numero potentiores  
„sunt Catholici: si vero huic consilio  
„optatus deesset successus, saltem pro-  
„brum hujus facinoris, ex quo Rex  
„haud parum utilitatis capiet, in Gui-  
„fianæ Familiæ Viros rejicitur, iique  
„facile ad officium redigi poterunt, ut  
„pote æmulis destituti; de Protestantis